



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici  
Doctiss. Sacrae || Theologiae & Iuris Canonici Doctoris ||  
celeberrimi, ac Ecclesiae Ham-||burgensis quondam  
Decani**

**Krantz, Albert**

**Coloniae, 1574**

Capvt XXV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11453**

cum omnium fores prandentium clauderentur, addu-  
xere comitis ministri stratum iumentum, deq; fenestra  
submissum comitem, in eo collocantes, propere abiierunt.  
nemine insequente: cum gauderent vrbs prasides, co-  
mitem in sua redisse incolumem: quod ad ciuitatis ho-  
norem pertinere videretur, postea cum illo ex tempore  
transacturi. Sed tamen irrogatam sibi vim, diu memo-  
riare inmens, obseruauit tempora, si quando parem gra-  
tiam populo referret.

## CAPVT XXV.

**N**on erat longu tempus in medio, cum rex Dania  
Christophorus Ericum Abelis filium Slesuico ex-  
turbare conatus, ingentem in ipsum produxit exerci-  
tum. Comites Holsatie nepoti ex sorore suppetias latu-  
ri, quanta poterant arma contraxere, & Eydoram li-  
mitem transgressi, copias suas iungunt memorati ducis  
exercitui: mouente sique in vltiora, regem habuere  
obuium cum expedito agmine, in loco, qui dicitur Lo-  
heide: ibique collatis viribus & armis, Mars diu com-  
munis erat: Casti multi, capti nonnulli: sed tandem vi-  
ctoria Holsatis inclinabat. Captus rex Christophorus  
perducitur Hamburgum: ibique fida custodia asserua-  
tur: Qui fugam inire poterant, ceteris videbantur for-  
tunatiores. Iohannes autem comes, priusquam copia,  
quas ducebat, diuiderentur in sua quique, orabat,  
vt iniuriam suam in Lubicenses vindicaturi, arma  
secum verterent in illos: nec multis erat opus pre-  
cibus. Id enim hominum genus, vbi gregatum est, fa-  
cile ad praedam & incendia inuitatur. Duxit ergo  
in pradia ciuium & propinqua vrbs, gladio & igne  
sauiens, nec paruam praedam abducens. Lubicenses  
tunc, tum excursionem fatere non ausi, patienter



vim tulere. Indè verò, cum auxilia comitis dilapsa essent, Albertum ducem de Brunsvico inuitarunt, ut armis suis, vindicandae incursionis gratia, illis adesset. Venit cum expedito agmine, & iunctis armis ad copias, quas educere ciues potuere, ingressus Holsatiam, hostilia omnia facit. Vicum tunc olim florentem, Urbem veterem, cum praesidio suo, in deditionem capit, vindi- què pradam aceruans. In oppidum Kijl, vbi mansio- nem comes aduersarius haberet, ducentes, obsidio- nem firmare per mensem: magis eruptionem eius expectantes, quam vel armorum, vel famis sperarent expugnationem: aditu à mari patentissimo, intercludi non potente. Indè reducentes exercitum ciues, ducem magnificè remunerati sunt. Sed Iohannes breuè post in fata concessit, ad annum Christi millesimum ducentessimum quartum & sexagesimum, tum- latus in Reinuelde primus omnium comitum: quod monasterium auus eius Adolphus, eius nominis III. funda- uit: cum primo tempore ex ephelis euadens, ad guberna- culum peruenisset. Fratres de Locken, vicino ditio- nis de Scowenborg monasterio educens, praesidijs & pas- cis honestavit.

## CAPVT XXVI.

**O** Per aperecium fuerit, comitum de Scowenborg & Holsatia lineam retexere, quantum per- titur ex priuilegijs & literis repertis: nam scriptorum nemo fuit, qui eam diligenter referret in literas: Undè veniam debet lector huic scribenti, sicubi fortasse in eius linea commemoratione impegerit. Igitur initium huius nobilitatis est ex industrio & forti viro militari Adol- pho de Salingsleue: qui dum cætus Imperij agere- tur in Minda, frequens aderat in concilio Impera- torii.